

Caesar, de bello Gallico, I,10

Raum für Notizen

1 Caesari nuntiatur \_\_\_\_\_  
2 Helvetiis esse in animo per agrum Sequanorum et Haeduorum iter in Santonum fines facere, \_\_\_\_\_  
3 qui non longe a Tolosatium finibus absunt, \_\_\_\_\_  
4 quae civitas est in provincia. \_\_\_\_\_  
5 Id si fieret, \_\_\_\_\_  
6 intellegebat \_\_\_\_\_  
7 magno cum periculo provinciae futurum (esse) \_\_\_\_\_  
8 ut homines bellicosos, populi Romani inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis finitimos haberet. \_\_\_\_\_  
9 Ob eas causas ei munitioni, \_\_\_\_\_  
10 quam fecerat, \_\_\_\_\_  
11 T.Labienum legatum praefecit; \_\_\_\_\_  
12 ipse in Italiam magnis itineribus contendit duasque ibi legiones conscribit et tres, \_\_\_\_\_  
13 quae circum Aquileiam hiemabant, \_\_\_\_\_  
14 ex hibernis educit et, \_\_\_\_\_  
15 qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat, \_\_\_\_\_  
16 cum his quinque legionibus ire contendit. \_\_\_\_\_  
17 Ibi Ceutrones et Graioceli et Caturiges \_\_\_\_\_  
18 locis superioribus occupatis \_\_\_\_\_  
19 itinere exercitum prohibere conantur. \_\_\_\_\_  
20 Compluribus his proeliis pulsus \_\_\_\_\_  
21 ab Ocelo, \_\_\_\_\_  
22 quod est citerioris provinciae extremum, \_\_\_\_\_  
23 in fines Vocontiorum ulterioris provinciae die septimo pervenit; \_\_\_\_\_  
24 inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Segusiavos exercitum ducit. \_\_\_\_\_  
25 Hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi. \_\_\_\_\_